

Tractatus

destruitur et propositio sic non esset propositio. **S**olutio sic quod quando affirmatorem et negationem ad se inuicem tunc habent se sicut actus et potentia et sicut ens et non ens. sed ens est prius non ente ergo negatio est posterior affirmationi. **A**d obiectum inoppositum ad primum est dicendum quod interimendum est assumptum sed ei negatio in hoc proportionabilis sit potest quod ipsa sit imperfecta tamen differt ab ea in hoc quod ipsa aduenit affirmationi posterior ea existens sicut diuisio aduenit compositioni. et resolutio generati primum enim opus negationis est diuidere nihil autem diuiditur nisi compositum. **S**ed compositio enunciationis est affirmatio saltem materialis quod negatio posterior est affirmationi. ex quo patet quod autem in diuisione cum res enunciabiles oino non erant non poterat negare oino mundum non esse eo quod illa nulla affirmatio precessit que fuisset causa illius negationis. **A**d 2^m est dicendum quod in quibuslibet enunciatione duplex est compositio scilicet generalis et infinita circa quam tanquam compositio fieri habent affirmatio et negatio. **E**t haec non solum neque destruit. **T**erminus quod illa infinita est. **T**erminus etiam quod subiectum eius in modo nulla forma destruit subiectum suum. ymo in omni translatione subiectum manet sub utroque termino transmutationis inuariatum ut dicitur per. **E**t similiter intelligendum est de transmutatione rationis quod propositio transmutatur in affirmatorem et negationem. **A**lia est impositio propositio finita et determinata per extrema seu proprias rationes extremorum. **E**t haec compositio est obiectum negationis. **E**t ideo negatio huic adueniens separat eam a forma sua que est affirmatio. relinquens generale formam compositiois per quam propositio habet esse et nomen propositiois. **E**t quod obiectum peccat penes fallaciae equiuocationis. **E**t ita conformiter dicitur superius in questione de diuisione quantitatis propositiois quod copula que dicitur compositio non negat formam quod generaliter coniungit predicatum subiecto sed negat formam quod coniungit tale predicatum subiecto tali quod ad propositiois spatium. **S**i dixeris haec est negatiua homo non est animal et tamen predicatum non potest ibi remoueri a subiecto. **A**d quod dicitur quod si predicatum non potest remoueri a subiecto formam remouet eo quod aliter sit de essentia hominis tamen bene habet modum enuncians et ideo bene formam modum enuncians dicitur et ideo remouet ut tamen sicut negatiue dicitur. **N**ec ualet si addas haec est affirmatiua fortis quod non currit mouet. et tamen predicatum ibi remouet. id est negatiue. de subiecto dicitur cum ibi sit negatio autem predicatum postea quod principale uerbum illius orationis non negat. **E**t licet negatio preceat ipsum tamen actus sue maline nature terminat per hoc uerbum currit quod se tenet et per subiectum quia hoc totum fortis qui non

currit est subiectum.

Tercium dubium

An propositio affirmatiua bene dicatur illa in qua predicatum affirmatiuum suo subiecto. **E**t uideatur quod non quia predicatum et subiectum sunt opposita igitur non potest unum verificari de altero ista enim est mala predicatio subiectum est predicatum. **S**ed sic in quibuslibet propositione predicatum affirmatiuum de subiecto igitur non uideatur diffinitio illa propria negatiua propositio.

Ans probatur quod alias negatiua propositio non est propositio quod propositio est affirmatio predicari cum suo subiecto. **T**ercio dubitatur de qualitate illius quodlibet est uel non est. **S**olutio sic quia in hoc ipsa differt a negatiua quod per se in categorica negatiuum separat predicatum a suo subiecto. **A**d obiecta ino propositio ad primum est dicitur quod subiectum et predicatum sed intentionaliter accepta non verificatur nec verificari potest de se inuicem sed per intentionaliter accepta bene de se inuicem verificantur dicendo homo est animal homo currit. **A**d 2^m est dicendum quod licet in propositione negatiua predicatum componatur cum subiecto inesse generali propositio tamen negatur a subiecto in quantum est tale predicatum et sic scilicet aliud componitur cum subiecto et formam aliud a subiecto diuiditur. **A**d tertium dicendum si ipsa est una diuisiua tunc est affirmatiua quia ista particula uel. etis copula non negatur. **S**imili modo si ipsa sit categorica de diuisio predicato ipsa est affirmatiua quod particula eius copula est non negatur. **S**ensus enim est quodlibet est uel non est. id est quodlibet ens est ens uel non est. ubi hoc uerbum est non negatur.

Quia propositione tripliciter sciendum est quod triplex est questio per quam querimus de ipsa propositione scilicet que qualis et quanta. **Q**ue querit de subiecto ipsius propositiois. **U**nde ad interrogationem factam per que uenienter respondet categorica uel hypothetica. **Q**ualis uero querit de qualitate propositiois. **U**nde ad interrogatorem factam per qualis respondendum est affirmatiua uel negatiua. **Q**uarta uero querit de quantitate propositiois. **U**nde ad interrogationem factam per quanta uenienter respondet uel singularis in diffinita uel singularis. **U**niversus. **Q**ue ca uel pro qualis ne uel aff uel quanta par in sui:

no. g. m. v. s. m.